65.

9. Exemplum Epistolae ex autographo correctum [describi?] tibi mitto, cum primum dabitur facultas certi hominis ad te impressum mittemus. Si aliquid tu habebis, ad nos tum iube venire. Mittam tibi multa exemplaria ut spargere late longeque possis.

Landtgrafius colloquium meditari dicitur certo. Ad Reguinos enim misisse, scripsisse, ut petiisse audimus, ut Bulling. Musculus, Martyr et Calvinus intersint negocio. Putatur instituturus esse disputationem seu colloquium ut olim.

Utrum sit verum, non possum certo affirmare, audivi tamen a fide dignis ita ut dixi [illegible]. Noster princeps non est futurus alienus ab ea re. Nihil aliud iam occurrit. Nos sedulo agemus, ut res, si fieri possit, ad concordiam aliquando in colloquio [redeat?].

Itaque in Christo Jhesu feliciss. Vale.

Tho. Erastus.

1560.

Fideliss.° et piissimo Verbi
Dei ministro D. Alberto
Hardenbergero domino et
amico suo observando

Bremae